UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Angelii Bargaei Commentarius de Obelisco

Angèli, Pietro

Romae, 1586

Eivsdem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13181

Visual Library

EIVSDEM.

ARduus in lucem tetris Obeliſcus ab vmbris
Progreditur iuſſu maxime Sixte tuo.
Quid ſibi non ſperet tanto ſub principe Roma,
Cum tua teſtetur iam benefacta lapis?

EIVSDEM.

NIl opus eſt ſanctas populis præſcribere leges,
Ne Latio improbitas erret inulta ſolo.
Præcipe virtutum ſpectent exempla tuarum:
Hæc feret ad mores ſemita certa pios.

EIVSDEM.

SIXTE nouas iam ſterne uias, iā collibus vndā
Suffice: lata frequens occupet arua domus.
Scilicet egregijs ſub legibus aucta repente
Vrbs populos dudum non capit alma ſuos.

EIVSDEM.

LAtens caducæ ignoto in ædis angulo
Tegebar alta ruderum
Jam mole, nec nitoris vlla priſtini
Fulgebat in me gratia,
Cum rara docti principis benignitas
Venuſtiore perfrui
Me cultu, & Vrbis in beatæ nobilem
Prodire iuſsit aream.
Hinc nempe mira Sixtus arte detegit